Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8479
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

mentum. Considate corvos quia non seminant neqz metunt; quibus non est cellarium neqz horreum, et deus pascit illos. Dnica xv.

Fres: Si viuimus spiritu; Ad galath.
spiritu et ambulemus. Non efficiamur inanis glie cupidi; inuicem prouocantes. inuicem invidentes. Fratres: et si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto. vos qui spirituales estis huiusmodi instruite in spiritu lenitatis considerans te ipm. ne et tu tempteris. Alter alterius onera portate; et sic adimplebitis legem xpi. Nam siquis existimat se aliquid ee cum nichil sit; ipse se seducit. Opus autem suum probet unusquisqz; et sic in semetipo tantum gloriam habebit. et non in altero. Unusquisqz enim onus suum portabit. Comunicet autem is qui catezizatur verbo et qui se catezizat; in omnibus bonis. Nolite errare; deus non irridetur. Quae seminauit homo hec et metet; quoniam qui seminat in carne sua; de carne et metet corruptionem. qui autem seminat in spiritu. de spiritu metet vitam eternam. Bonum autem facientes; non deficiamus. Tempe enim suo metemus. non deficientes. Ergo dum tempus habemus operemur bonum ad omnes; maxime autem ad domesticos fidei. Sdm matheum.